UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epistolai tu hagiu Isidōru tu Pēlusiōtu

Isidorus <Pelusiota>

Parisiis, 1585

Nilo. 56.

urn:nbn:de:hbz:466:1-71898

Visual Library

licet res veneratione afficientes, atque improborum hominum ſepulchris peſtiferos cineres conſecrantes, iiſque diuinos honores tribuentes.

Nilo. 56.

Præſcētia Dei neceßitatem actionibus non affert.

Non quia Dominus Iudæ voluntatem animique inſtitutum præuidit, vir eximie, idcircò ille in proditionis crimen lapſus eſt: verùm quia homo nefarius proditionē parturiebat, ideò is, qui abditos & occultos pectoris motus cernebat, futura tanquam præſentia, præmonſtrauit.

Cyro. 57.

Matth. 9 Eos, qui in vetuſtate computruerunt, nouámque gratiam reiecerunt, vtres veteres Dominus appellauit, vt qui frangerentur, ac nouum regni ſermonem effunderent. Quo in genere fuiſſe Caïphas deprehenſus eſt. Nam cùm à Domino audiiſſet, *Matt. 26.* Filius Dei ſum, fregit veſtimenta. At verò *Matt. 6.* Petrus, qui ſpiritus vitæ legem acceperat, non modò, cùm doceretur, non renuit; verùm etiam ad ſolam interrogationem cōfeſſus eſt, in hoc videlicet inſitam veritatis cognitionem oſtendens.

Patrimo Monacho. 58.

Oleribus nos accipis; frugalitatem, quā in victus ratione tenes, prudenter oſtendens, ac Domini fontes profundēs, atque te paradiſi colonum & agricolam eſſe ex ipſis donis planum faciens.

Gorgonio. 59.

Quæſtionem mihi magnam vim habētem ac valde peruulgatam propoſuiſti; atque à multis quidem inueſtigatam, cæterùm ab iis ſolis, qui diuinitus afflati ſunt, perceptam & comprehenſam, nimirùm quid ſibi velit id quod ait Chriſtus, Qui-*Matt. 12.* cunque dixerit verbum aduerſus filiū hominis, remittetur ei: quicunque autem di-

ρυξαν ἕλληνες σεμνοποιοῦντες τὰ αἴσχιστα, καὶ φαύλων ἀνθρώπων τάφους καὶ κόνεις λοιμοποιοὺς ἐκθειάζοντες.

Νείλῳ. νϛ.

Οὐκ ἐπειδὴ προεῖπεν ὁ κύριος, ὦ θαυμάσιε, τὴν τοῦ Ἰούδα προαίρεσιν, ἐκεῖνος πρὸς τὴν προδοσίαν ὠλίσθησεν, ἀλλ' ἐπειδὴ ὤδινε τὴν ἐπιβουλὴν ὁ ἀλιτήριος, ὁρῶν τὰ κρύφια τῆς καρδίας κινήματα, τὰ μέλλοντα ὡς παρόντα προέφηνε.

Κύρῳ. νζ.

Τοὺς σαπέντας τῇ παλαιότητι, καὶ τὴν νέαν χάριν ἀθετήσαντας, ἀσκοὺς παλαιοὺς ὁ κύριος προσηγόρευσεν, ὡς διαῤῥηγνυμένους, καὶ τὸν καινὸν λόγον τῆς βασιλείας ἐκχέοντας. τοιοῦτος ὁ Καϊάφας ἐλήλεγκται. ἀκούσας γὰρ παρὰ τοῦ κυρίου, ὅτι υἱὸς τοῦ θεοῦ εἰμὶ, διέῤῥηξε τὰ ἱμάτια. ὁ δὲ Πέτρος τὸν νόμον τοῦ πνεύματος τῆς ζωῆς προσδεξάμενος, οὐ μόνον διδασκόμενος οὐκ ἀνένευσεν, ἀλλὰ καὶ μόνον ἐρωτηθεὶς ὡμολόγησεν, ἔμφυτον δείξας τῆς ἀληθείας τὴν εἴδησιν. οὐκ ἔχοντας.

Πατρίμῳ μονάζοντι. νη.

Λαχάνοις ἡμᾶς δεξιοῦσαι, σοφῶς τὸ ἀπερίεργον ἐπιδεικνὺς τῆς διαίτης, καὶ τὰς τοῦ κυρίου πηγὰς ἀποβρύων, καὶ ὅπως εἶ τοῦ παραδείσου γεωργὸς ἐξ αὐτῶν τῶν δώρων δεικνύς.

Γοργονίῳ. νθ.

Πολυδύναμον καὶ πολυθρύλλητον ἐπεζήτησας ζήτημα. πολλοῖς μὲν ἐρευνηθὲν, μόνοις δὲ τοῖς θεοπνεύστοις καταληφθὲν, ὃς ἂν εἴποι λόγον κατὰ τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου, ἀφεθήσεται αὐτῷ. ὃς δ' ἂν εἴπῃ κατὰ τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου, οὐκ ἀφεθήσεται αὐτῷ, οὔτε ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ, οὔτε ἐν τῷ μέλλοντι. πολυζήτητον.

καὶ